UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Incerto. 376.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Archontio Presbytero. 374.

Virtus & ſecundas & aduerſas res ornare conſueuit: doctrina autem illarum ornamentum, harum autem portus eſſe videtur. Quocirca ſi ambas quiſpiam obtinere poſſit, præclarè ſe res habebit. Si autẽ alterutra deſideretur, virtutem eligere præſtat. Optimum enim eſſe, quàm videri, me quidem iudice præſtantius eſt.

Αρχοντίῳ πρεσβυτέρῳ. τοδ.

Ἡ μὲν ἀρετὴ καὶ τὴν εὐημερίαν καὶ τὴν δυσημερίαν κοσμεῖν εἴωθεν. ἡ δὲ παίδευσις, τῆς μὲν δοκεῖ κόσμος εἶναι, τῆς δ᾽ ὅρμος. εἰ μὲν οὖν ἄμφω ἔχειν δυνατὸν, εὖ ἂν ἔχοι. εἰ δὲ θάτερον λείπεται, ἄμεινον ἑλέσθαι τὴν ἀρετήν. τὸ γὰρ εἶναι τοῦ δοκεῖν ἄριστον παρ᾽ ἐμοὶ κριτῇ προτιμότερον.

Hermino Comiti. 375.

Mirifica quædam de te ij, quibus conſpectu tuo frui contigit, vbique decantant, nempe quòd, cùm manſuetudinis decus atque ornamentum ſis, atque affuſum vultui tuo pudorem habeas, eos tamen, qui peccare inſtituunt, oculorum grauitate deterres, ſic nimirum te comparans, vt iis, qui rectè atque integrè viuunt, ſerenum ac placidum vultum, iis autem, qui deſidio torpent, horrendum oſtendas. Illum enim iis, quibus iniuria fit, profers: iis autẽ, qui iniuriam inferunt, obtendis. His igitur admirandis virtutum dotibus, vir admirande, in perpetuum vtere.

Ερμίνῳ κόμητι. τοε.

Θαυμαστά τινα περὶ σοῦ οἱ τῆς σῆς θέας ἀπολαύσαντες περιᾴδουσιν, ὅτι ἡμερότητος τυγχάνων ἄγαλμα, καὶ ἐπανθοῦσαν ἔχων τῷ προσώπῳ τὴν αἰδῶ τῷ βλοσυρῷ τῶν ὀφθαλμῶν, τοὺς πλημμελεῖν προῃρημένους προσαναστέλλεις, τὴν μὲν γαλήνην τοῖς ὀρθῶς βιοῦσι, τὸν δὲ φόβον τοῖς ῥαθύμοις ἐπιδεικνύμενος. τὴν μὲν γὰρ τοῖς ἀδικουμένοις προτείνεις, τὸν δὲ τοῖς ἀδικοῦσιν ἐφοπλίζεις. χρῶ τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, διὰ τέλους τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις πλεονεκτήμασι.

Incerto. 376.

Qui vnà cum aliis magnis & admirandis nominibus, diuinæque ipſius naturæ magnificentiam, vt licet, ſignificantibus, etiam Verbum vocari dignatus eſt, verba non odit, nec ſapientia ſapientiam abdicat: verùm tum demum & illa, & hanc extra ſacroſancta ſepta relegat, cum vitium laudant, atque idolorum cultum tuentur. Quòd ſi nihil horum faciant, & eas amplectitur & admittit, & ſacris cõuentibus contubernales ac commenſales efficit.

Μετὰ τῶν ἄλλων ἐπωνυμιῶν τῶν μεγάλων καὶ θαυμαστῶν, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως τὴν μεγαλοπρέπειαν, ὡς ἐνδέχεται σημαινουσῶν, καὶ λόγος κληθῆναι καταξιώσας, οὐ μισεῖ τοὺς λόγους, οὐδὲ ἡ σοφία τὴν σοφίαν ἀποκηρύττει. ἀλλὰ τότε κἀκείνους, καὶ ταύτην ἔξω ἱερῶν περιβόλων ἀπελαύνει, ὅταν τὴν κακίαν ἐπαινῶσι, καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν συγκροτῶσιν. εἰ δὲ μηδὲν τούτων ποιοῖεν, καὶ ἀσπάζεται καὶ προσίεται, καὶ τοῖς ἱεροῖς συλλόγοις συνεστίους ποιεῖ καὶ ὁμοτραπέζους.

Germano Comiti. 377.

Non qui externos barbaros vincit, hic victor meritò vocandus fuerit, ſed qui inteſtinum voluptatũ bellum cõficit. Multi

Γερμανῷ κόμητι. τοζ.

Οὐχ ὁ τοὺς ἔξωθεν βαρβάρους νικῶν, τροπαιοῦχος ἂν εἰκότως καλοῖτο, ἀλλ᾽ ὁ τὸν ἔσω πόλεμον τῶν ἡδονῶν

χειρού-